



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

VII. Die Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

*SV.*  
refert Burgessius) pro felici Præpositi Generalis electione noctu oranti feratur apparuisse Dei Mater, & Romanum Comitiorum conclave illi ostendisse in quo ipsa P. Claudio Aquatiuum manu prehensum produxit in medium. Vnde ille, veluti Deiparæ consultrice, electus est. Id quod P. Thomas Parisijs P. Iacobæ Tyrio retulit: & Claudio electum postea sequuta fama firmauit.

nati opem impensis imploravit. Al-lato Pragam S. Norberti corpori ima-ginem, quæ S. Nicolaum habebat, *S. Nicolaus* admouit; eandem strumæ suæ appli-cuit, & vötum Societatis incundæ concepit, ac sensim valuit, planeque conualuit.

Anno 1628. tyronum magistri iussu, muscis ac vermis qui granum cor-rumpebant, in granario, promptè ac obedienter dixit vt facerent, neque frumentum à Deo seruis suis datum corrumparent. Habuit vim obedien-tiæ virtus. Etenim infecta illa agmina emortua concidere, ita ut palis ej-ci deinde debuerint. Postea 13. annis Ministri functus officio, Matris om-nium implebat munus. Paupertatis illi cura perdidilgens; & si quid noua-rum ei vestium asserretur, negabat hæc esse idonea cadaueri vestiendo. Obsequio peste tactorum bis caput deuouit anno 1647. & anno 1650. ma-gnâ virtutis & Societatis commenda-tione, quæ illi eximia & non nisi ex-imia probitati viris dari consueta elo-gia peperit. Scrupulis molestè crucia-tus alias; penultimo vitæ anno ab ijs placide conquieuit.

*Obed.**Panpertat.**Charitas.*

Bohemus  
Regina  
Hradecij. 6.  
April. 1654.  
*B.V.*

Euch.  
B. Stanisl  
& Barbara.

*S. Norbertus.*

### P. M A T T H Æ V S PREITENBERGER.

D E hoc in anni 1654. annuis Bo-hemiæ num. 19. scripsi ferè in hæc verba: hunc olim puerum DEI-PARA à grani morbo restituit. B. Stanislai Sanctâ Barbarâ præsente ab An-gelis Eucharistiâ pasti cogitatione te-nerrimè recreabatur, cum in scholis nostris literis daret operam adoles-cens: & nocte quadam eodem sibi beneficio potiri est visus, vigilaret an per quietem incertum, cum ipse id explicare vel noluerit; vel non potue-rit. Struma illi collum obfederat: quam vt depelleret S. Norberti, & S. P. Ig-

Authoritate, ac ex eo sanctâ quadam libertate, cum polleret, Londini in fe-nestra viri Catholici Martem & Ve-narem pictam vidit, ac pugno confre-git. Malum cancro perfimile, quod in eius ore serpebat, repente sanus S. Wenefridæ Virginis ope discussit. *S. Wenefrid.* Duodevigi annis in patriâ illa vi-neâ, solerti assiduitate laborauit: po-stea in eius quam propagabat fidei odium tentus est, & suspensus, ac la-niatus. Ignem, quo eius intestina com-busta sunt, per toros sexdecim dies

*Mortis.*

A a 2. in

### P. E D V A R D V S OLDERONVS HALLUS.

Anglus Vi-gornia. 7.  
April 1606.

*Zelus.*

R Omæ ad Societatem adlectus, in Anglia feliciter nobilem ma-tronam conuertit, inediâ, & af-fiduâ precatione ad Deum fusâ, cum illam orthodoxæ fidei momentis quantumlibet peritè adductis permo-uere non posset. Conuersam se aiebat, quod vidisset P. Eduardum. sui causâ quarto iam die ieiunium tolerare.

MINI

in cinere arsisse affirmant. Satellites aquam ei plurimam assudere; neque tamen extinctus est. Decimo-septimum diem in luculentam, flammarum erupit, & oppressus est: id quod diuinatus factum putant ad Eduardi innocentiam contestandam. Ibidem corona viridis, veluti regium diadema, crevit in gramine, diuque permanuit.

CORONA.

Siclus Pa-  
normi. 7.  
April. 1622.  
xstat. 60.  
Soc. 30.

Purgat.

3. May.

### MARIANVS PISCIS COADIVT.

**A**D obedientiam, & omnem propriae Instituto nostro virtutis ac curationem valde fuit semper attenus, quidquid officij gereret. Vnus tamen illi mensis datus est ad expandas in Purgatorio noxas. Etenim cum Messanæ Patres ad Provinciae Comitia conuenissent iunxit 8. Maij Marianū Patri Iosepho Scamaccā olim sibi familiari apparuisse dixisseque: *Vale iam, Pater Ioseph. Ad Celum euola: mensem integrum in Purgatorio sui;* Adhæc per quietem visa & audita: experitus Pater Ioseph, ad Praepositum Domus Professæ Panormitanæ adiit, & re illi necdum parefacta de Mariano percontatus, ab illo didicit, mensem iam clapsum esse à morte Marianī, quippe, qui 7. Aprilis morte sit sublatus. Ira, & ea quæ per quietem à mortuo, & quæ vigil à viuo audierat, benè sibi consentire aduertit Ioseph Marianī animæ iam expleto Purgatorio gratulatus.

### P. IACOBVS STRATIUS.

Belga Lo-  
wanij. 7.  
April. 1634.

**H**unc iij, qui nouerunt virum pietatis in parvo corpore magnum vo-

cant. Magnus illi ardor erga domesticarum exempla virtutum, cum Collegia, & postea Flandro-Belgicam Provinciam gubernaret. Idcirco Menologium conscripsit Societatis, in quo, ferè ex annuis, in dies singulos ponit elegia mortuorum in Societate aliquā virtute laudatorum, idque ipsiis annuarum verbis. Ut autem dies mortis reperiaret, datis Epistolis diligenter acceruit. Eius ego Menologium vidi; ac tametsi maluerim è fontibus ipsiis petere ista, quæ hie scripsi, nonnuquam tamen (vbi contrarium in alijs non respergi) in assignando mortis die Stratii diligentia sum vsus, quam se adhibuisse scribit in litteris, quas ab eo ad Matium Praepositum Generalem anno 1619. 20. Septembbris Lyra, & anno 1622. datas legi. Fuit vero Stratius inter eos viros, quos inter primæ notæ nomina censet illa Provincia, & ait ipsum sui censem, ac vindicem propè nimium fuisse; illo admittente institutas in Belgio antecinerales preces, & sacras de Passione Domini per quadragesimam Commentationes. Sacrificium iocruentum, erat illi negotium negotiorum pre alij quibuscumque. Paupertatis, Pietatis, ac sui afflendi causâ Romanum iter, etate licet iam ingrauescente pedes ingressus est, cum istuc à Provincia mitteretur. Magni Vir exempli fuit semper, & perspicacis ad omne Pieratis industriam ingenij, eoque magni habitus, ac pro Magistro ab alijs honoratus. Et tamen, mortem se vehementer pertimescere palam ingenuè facebatur, idque magno cum sensu.

PIOAN.

P. IOANNES EVSEBIUS  
NIEREMBERG.

Hispanus  
Madriti. 7.  
April 1653.  
xcat. 63.  
Soc. 44.

Crucifixus.

Silentium.

Obedientia.

Mortis.

Angelus.

Lectio spiriti.

B.V.

**O**rigines nobiles in Germania, natales Madriti habuit; Ferrur eius Matri per annos 14. sterili, & prolem à Deo pertenti Crucifixus Christus apparuisse ac dixisse: eam exauditam esse. In tyrocinio, Nouitio, cui parere iussus fuerat, nihil loqui iubenti ita paruit, ut per 20. toros dies nullum verbum dixerit, nisi cùm confiteretur, In corpore afflito fuit vñus è magnis ac rari exemplis. Somni non plus admittrebat quām quantus fesso corpululo ita obrepabar ut illum non posset admittere, idque nunquam in lecto, nisi cùm ægrotaret. DEIPARA festis ieiunium præmittebat pane solo frigidaque contentus. Nunquam vilam pompani, vel spectaculum curiosum adire voluit. Flagris quotidie se cædebat usque ad sanguinem vberim fusum. Iam se totum cilicio è setis contexto vestiebat, iam cingebat aculeo crebro armatis catenulis, iam cruccem cuspidibus asperam, iam radulam (quali caseum radunt cocci) corpori adstringebat. Calceis quoque injiciebat varia quæ plantas vexarent. Ostensus fertur cuidam ab Angelo in cubiculo chartas & libellos distribuens, ac viuos quosdam radios spargens in pectora variorum; quod erat symbolum vtilitatum ex eius libellis ad legentes manantiam. Eius adhuc viuentis rosario sanctimonialis plagam sanata ferunt. Anima Patris è Societate cuius-

dam dicitur è Purgatorio (in quo vehementer cruciabatur ob charitatem zeli obtenuit oblaesam) illi apparuisse, & dixisse; se ab eo auxilium flagitare, idque sibi à Deo concessum Virgine DEIPARA impetrante. Quendam Angelus ad illum misit, ut ab illo, quædam ab Angelo dicta obscurius, sibi peteret explicari. Etiam à Beatissima Virgine missum ad illum auunt non unum. In doloribus suis aiebat se thesauros admirabiles reperiisse. Quotannis bis per dies 15. ad Exercitia secedebat: alias quoque septem horis orationi datis quotidie, Superiorum permisso. Post mortem etiam admiranda quædam illo patrauit Deus, qua eius vita narrabit. Dixi de illo quædam etiam in Annalibus MARIANIS Societatis IESV. Moriens vultu iucundo post altum silentium; quam dulcis, inquit, res est mori! È quam viuens secum semper gestare solebat Si Michaëlis imagine cordi cuiusdam ægrotantis admirata fama est: dolores acerrimos illiè discusos: ipsum quoque cuidam post mortem adesse vident, brachio eius gladioque arrepto prohibuisse, ne se interimeret; monuisse, ut dæmonis insidias caueret; peritum fuisse nisi DEIPARA ab eo religiosius culta illum periculo exonerasset: quare iret, ac peccata cùm reliqua tum etiam hoc dolenter confessione sancta clueret; DEIPARAM vero colere pergeret longè quam haec tenus inquam impensiùs. Prefixa est Partenica eius operibus in folio illius effigies, cum illustri epigrapha.

B.V.

Angelus:

Partenica:

Mors.

S. Michaeli.

B.P.

A. 3. fol. 189. VIII D